

THEATRVM

VERITATIS, ET IVSTITIAE

SIVE

DECISIVI DISCVRSVS

Ad veritatem editi in forensibus controuersijs Canonicis & Ciuilibus,
in quibus in Vrbe Aduocatus, pro vna partium scripsit,
vel consultus respondit

IO. BAPTISTA DE LVCA
VENVSINVS,

Per materias seu titulos distincti iuxta seriem de qua proxime.

LIBER DECIMVS

DE FIDEICOMMISSIS, PRIMOGENITVRIS,
ET MAIORATIBVS.



R O M A E,

Typis Hæredum Corbelletti. M. DC. LXX.

SVPERIORVM PERMISSV.

COLLEGIIS


AC VNIVERSITATI

ADVOCATORVM

ET

PROCVRATORVM

Sacri Concistorij, totiusque Romanæ Curie .



IOANNES BAPTISTA DE LVCA

FELICITATEM.



FIDEICOMMISSA vestræ cum sint, patrocini-
um, tutela, et actiones causarum, in quibus vertuntur
Hominum, Vita, Honor, ac Bona, ipsiusque IUSTI-
TIÆ, AC VERITATIS defensio, ex qua velut ex fonte
tranquillitas Reipublicæ manat; Hinc igitur di-
gnum est, vt hanc mei THEATRI partem, in qua
DE COMMISSÆ FIDEI obseruantia tractatur, Vobis of-
feram, tanquam obsequij Vestigal, et monumen-
tum amoris. Poteram conuenienter afferre pro causa, in hac præser-
tim RE FIDEICOMMISSARIA excellentiam, At si in ea, aliisque singulis, ve-
stram eruditionem magnificauero, non deerunt quamplures magna-
rum Urbium Professores, in quibus etiam singularis excellentia satis
emictet. Vnum tamen est, in quo ROMANA CURIA similem habere
visa non est; Omnium scilicet Diuinarum, et Humanarum rerum, ac
vtriusque, sacri, et prophani iuris doctrina simul iuncta; Et quod plus est,
expedita, celeris, prompta, et penè in manibus posita, cum breui, sed
plano, ac significatiuo stylo explicata; Adè vt, non sine quodam por-
tento, vnus, vna die, de omnibus, maturè, ac doctè respondeat. Vestrum
priuilegium est, non dabitur alteri, singulare est, ac penè indicibile.
Accipite igitur hos vestri infimi Collegæ labores, IUSTITIÆ, AC VERITATI
nouam aperientes viam, quam Vos, feliciori stylo, elegantiori methodo, ac
vberiori doctrina, colite, sternite, magisque planam, ac ornatam reddite,
Atque meos corrigendo errores, ex illis edocti, facite maiora, et meliora.

D E
FIDEICOMMISSIS
PRIMOGENITVRIS,
 E T
MAIORATIBVS
DISCVRSVS PRIMVS.

MYTINEN. MAIORATVS CORRIGGIARII

I N T E R

PHILIPPVM & LVDOVICVM DE COCCAPANIS.

Casus decifus per Iudices deputatos pro Philippo.

De maioratibus Italiae, an regulentur iuxta primogenituras & maioratus Hispaniarum cum ordine fucceffiuo, et cum prerogatiua lineae, quae vincat aetatem, vel potius fint falcuarij de feniore in feniozem, fpectata folum qualitate naturali maioris natu, itaut aetas vincat prerogatiuam lineae, Concluditur pro linea in fucceffione, et pro aetate in adminiftratione.

S V M M A R I V M.

- | | |
|---|---|
| <p>1 FActi ferie.</p> <p>2 Refolutio caufe.</p> <p>3 In feudis indiuiduis, ac in primogenituris, & maioratibus Hispaniae linea vincit aetatem, & gradum.</p> <p>4 Secus in maioratibus Italiae iuxta unam opinionem, quae refertur.</p> <p>5 Contrarium iuxta alteram, quae etiam refertur.</p> <p>6 Sensus auctoris, ut ifta fit quaefio facti, et quomodo decidenda fit.</p> <p>7 Vbi agitur de iuribus confiftentibus in fola adminiftratione, vel honorificentia, eft verior prima opinio, praefertim in feudis diuiduis.</p> <p>8 Idem in alijs bonis, in quibus omnes fuccedant cum maioratu in fola adminiftratione.</p> <p>9 Et idem in iurepatronatus gentilitio, in quo fenior habeat exercitium.</p> <p>10 Quando etiam in iftis tenenda fit fecunda opinio pro prerogatiua lineae.</p> <p>11 De quadam honorificentis familia Orifiae De Fideicommissis.</p> | <p style="text-align: center;"><i>in Ciuitate Neapolis.</i></p> <p>12 Quando antianitati, feu maiori aetate deferendum fit.</p> <p>13 Vbi agitur de fucceffione in bonis diftinguantur cafus.</p> <p>14 Quando bona unam lineam funt ingreffa, tunc verior eft fecunda opinio, de qua num. 5., et de rationibus.</p> <p>15 Ponderantur rationes, & inconuenientia, ob quae ifto cafu fecunda opinio tenenda eft.</p> <p>16 De altero cafu, in quo plures concurrant ex integro ad fucceffionem, quae neutram lineam ingreffa fit.</p> <p>17 Vt hoc fecundo cafu procedat prima opinio fauore fenioris, potiffime in fucceffione transfuerfalis.</p> <p>18 Contrarium auctor verius credit, ut etiã hoc cafu fit verior fecunda opinio pro prerogatiua lineae, et de rationibus.</p> <p>19 Quando prima opinio recipienda fit.</p> <p>20 Quod auctoritatibus confultationum non fit deferendum, et de ratione.</p> <p>21 Eft quaefio voluntatis, ideo principaliter inf.</p> |
|---|---|